

ait *Comparetti* (cogitans de sordibus quas facere nefas in loco consecrato); SORM... Gamurr. Huels. — 4) ΞIASIAS Gamurr., ... IASIAS (fortasse ... SIASIAS) Huels., .. IAIΨAS Comp. — 5) Regi. — 6) LO... non nimis certum. — 7) [D]jevam (= deivan) post alios intellegit Enmann; MAVE.. legendum esse putat Compar. (ut quadrularius hic ab ordine quem alibi tenuit aberraverit), supplens mave[led]. — 8) RI... Gam., RI... vel RE... Huels. — 9) De kalatoribus cf. infra N. 4970 seq. — 10) HAB... Comp. — 11) Sic Gam. Huels., ... IOD Comp. — 12) lumenta intellegi putant (cf. Otto Archiv f. lat. Lexikographie 11, 1900 p. 433). — 13) Litterae PI mire coarctatae, certae tamen videntur. — 14) M:I:TE:RI:I... Gamurr., M:ITE:RII... Huels.; duas postremas litteras PE esse fractas ait Comp., legens: m iter pe.... — 15) O DIOV (diu = interdiu) ESTOD legit Comp., OD:IOVESTOD (= iusto?) Gamurr. Totam hanc partem sic legit, versus quarti lateris transponens, Thurneysen mus. Rhen. 1900 p. 484: ...OD:IOVESTOD | VELOD:NEQV.... | ....M:QVOI HA|M:ITERI... — 16) Haec litteris minoribus scripta in angulo lapidis.

4914 haec area<sup>1</sup>, intra hanc<sup>2</sup> | definitionem cipporum | clausa veribus, et ara quae | est inferius, dedicata est ab | imp. Caesare Domitiano Aug.<sup>3</sup> | Germanico ex voto suscepto, | quod diu erat neglectum nec | redditum, incendiorum | arcendorum causa, | quando urbs per novem<sup>4</sup> dies | arsit Neronianis temporibus.<sup>5</sup> | Hac<sup>6</sup> lege dedicata est, ne cui | liceat intra hos terminos | aedificium extruere, manere, | nego[t]iari, arborem ponere | aliudve quid serere, | et ut praetor<sup>7</sup>, cui haec regio | sorti obvenerit, sacrum faciat<sup>8</sup> | aliusve quis magistratus | Volcanalibus X k. Septembres | omnibus annis vitulo robeo | et verre<sup>9</sup> r.<sup>10</sup> ac precationibus | infra scriptam aedi... k. Sept. | ianist..... | ..... dari..... quae s.; | quod imp. Caesar Domitianus | Aug. Germanicus pont. max. | constituit q..... | fieri.

Romae rep. saec. XVII, cum ad S. Andreae in Quirinali novae aedificationis fundamenta iacerent, cippus ex lapide Tiburtino (VI 826 = 50837<sup>b</sup> cf. Huelsen Roem. Mitth. 1894 p. 95: semel descripta). Similes lapides etiam in aliis urbibus partibus fuisse videntur, certe unus eodem fere tenore inscriptus fuit saec. XVI ineunte ad S. Petri fabricam adductus, alius saec. XVII videtur repertus esse in circo maximo (VI 50837<sup>a,c</sup> cf. Huelsen l. c.). — 1) Hanc ipsam aream cippis definitam et in medio aram reppererunt a. 1888, cum prope ecclesiam S. Andreae in Quirinali fundamenta domus iacerent, cf. Lanciani bull. comunale 1889 p. 350 seq. cum tab. X, Huelsen Roem. Mitth. 1894 p. 117. — 2) hancce traditur (hanc fuit in eiusdem tituli exemplo descripto ad S. Petri). — 3) In eodem exemplo nomina Domitiani erasa fuerunt. — 4) Scilicet cum 'sexto die finis incendio factus' esset, mox denuo erupit (Tac. ann. 15, 40). — 5) A. 64. — 6) et hac eiusdem tituli exemplum descriptum ad S. Petri. — 7) Cf. supra N. 5616 not. 5. — 8) Pro sacrum faciat in exemplo descripto ad S. Petri erat litaturum se sciat. — 9) Exemplum descriptum ad S. Petri videtur desiisse in vocabulo verre. Quae sequuntur, incerta esse apparet (fortasse evanida in lapide). — 10) Robeo? (Buecheler).

4915 extra hoc limen aliquid de sacro | Silvani efferre fas non est.  
Romae (VI 576 vidit Henzen).